Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 458.

ex Episcopo Bossunensi ao 1241 Magister Ord: Dominican: gntis fato functus est ao 1254:/ Liceat addere eundem esse Authorem Sumæ Confessariorum, de qua diximus in Cod: XXV.

Cod: CXCII.

Chartac: Fol: Soec: 15. 2 3.5.

1.

Alberti M: Biblia Mariana. 1a-29b

Alberti M. Biblia Mariana, in quibus omnia fere, quæ in Sacris libris continentur, B: V: Mariæ / superstitiose dixeris, an ingeniose?:/ adaptantur. Initium operis est: "In principio creavit Deus Genes: 1o celum empyreum per quod intelligitur domina mundi virgo maria." Cuivis capitulo præmittitur Syllabus allegoriarum in eo contentarum, v: g: Maria coelum, Maria lux etc: In edit: Opp: Alberti M. Lugdun: 1651. Fol: post pag: 462 extat T: XX. De authore hujus operis dicit Quetif Script: Ord: Prædic: T: I. p: 177. "Tertium hujus tomi opus Biblia Mariana non recensetur inter Alberti opera nec a Laurentio Pignon, nec a Valleoletano, nec quantum mihi sapit, stylum redolet Alberti, eique abjiciendum etiam videtur: peritiorum tamen esto judicium." Qui copiam habet consulat desuper Diarium theolog: Unschuld: Nachrichten, Anno 1728. p: 561, et Fabricii Indiculum Marianum.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 459.

2

Antonii de Janua Compendium figurarum moralium.

34a-146b

Antonii de Janua Compendium figurarum moralium. Prologus incipit: "Religiosis viris in Xto dilectis studentibus Neapoli, tani conventus ordinis heremithanum sti Augustini frater Antonius janua ejusdem ordinis salutem in domino. Dilectioni vestre postulata conferens meritu." In hac ipsa prefatione sua opus suum vocat compendium figurarum moralium ordineal, phabetico materias distinguens. Primum capitulum tractat de abstinentia, quod incipit: "Castigo corpus meum 1 Cor. 9. Non est animal adeo indomitum." Incuria autli, brarii, aut bibliopegi ordinem libri maximam partem invertit.

Antonius de Janua Ord: Eremit: S. Augustini floruit 1418, ac in Concilio Constantie contra Hussitas disputavit. Miratur Oudin, gerus Bibl: August: p: 461. Antonium hujus minus esse cognitum; ego vero miror, quod idem Oudinus compendium figurarum moralium attribuat tam Antonio nostro, quam Rampegolo, qui etiam de Janua dictus est, ut videri potest apud eundem l. c. p: 733.

Nota. Jam dudum suboluit mihi quedam predictorum authorem confusio, illorumque, qua ediderc, operum. Casu incidi in Freytagii Apparat: litter: T. II p: 1107. legg: ex quo perspecti titulos: Repertorium Bibliorum, Introductorium in Bibliam, aurea biblia, Directorium Biblie, Figure Bibliorum &c: unum, eundemque designare librum; quibus jam addere libeat cum libro

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 460.

figurarum /: Cod: CLXII. n. 2:/ nostrum Compendium figurarum moralium; nam quæ ibidem ex prologo Libri manualis, ac introductorii in biblie historias figurasque &c: Freytag producit, in nostro ad verbum usque legere potes. Unde et Antonium de Janua et Antonium Rampegolum non duos, sed unum dicito Scriptorem. Vide etiam Denis Lesefrüchten 1. Th: p: 150.

B

De laudibus B: V: Mariæ.

147a–161b

De laudibus B: V: Mariæ. Titulum libri, fortassis et nomen stupida bibliopegi ascia resecuit; quod reliquum est, sonat: "De XII. proprietatibus celi caput primum." Initium hujus capitis est: "Beata virgo comparatur celo, celum enim dicitur" &c: Comparatur ex in B: Virgo auroræ, soli, lunæ, throno, colubro, elephanti &c: quemadmodum in voluminoso opere De laudibus B: V: Mariæ Richardi a S. Laurentio Canonici Rothomagensis, quod perperam Alberto M: adscriptum inter opera ejus reperitur Tom: XX /: Lugd: 1651:/. Ex hujus operis libb: 7. 8. & 9 &c: præsens opusculum videtur esse compendium, saltem quod spectat ad materiam; eædem enim comparationes, quæ in nostro breviter, in illo fusius exhibentur; unde illi non inepte nomen de laudibus B: V: M: indidisse mihi videor. Balbinus in Bohemia docta, edit: Ungar. part: 3. p: 114. binos ejusdem argumenti memorat tractatus, posteriorem que suspicatur Jacobi de Voragine.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 192

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27529

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)